

EPISTOLA

putandi. Porro in hac facultate Chimi-
 ca quis adeo parum versatus inter phi-
 losophos est, qui Gebero antiquissimo,
 Principi q̄, Avicen. primas non tribuat?
 En igitur, Illustrissime Legate, iam nunc
 procedunt Alchemiæ Ductores ex ce-
 lebri Perniana Typographia, quam an-
 tea nunquam, ad artem docendam paratio-
 res. Et quamvis Geber sapientum parēs
 iam diu sit in vulgum editus, nusquam
 tamen, ac nunquam (quod sciam) antea
 tam castigatus, & suis ad artem imagi-
 nibus fuit instructus. Verum Arabum
 decus Avicenna nunc primum prælum
 expertus est: et exit à nobis studio Per-
 næ mirifico, nulli sapientum operi post-
 ponendus. Quare non laudib. hosce ma-
 gistros prosequemur: Phæbi lux enim la-
 ternæ suppetias ridet: neq; artem ipsam
 Chemiam celebrare cogitamus in præ-
 sentia: quippe quòd perse celebratissima
 sit